Rex

Nuntiatum est autem ioab:
quod rex fleret et lugeret filium
suum: et versa est victoria
in luctum in die illa omni populo. Audi
vit enim populus in die illa dici. Dolet rex
super filio suo. Et declinavit populus in die il
la ingredi civitatem. quomodo declina
re solet populus versus et fugiens de prelio. Por
ro rex operuit caput suum et clamabat
voce magna. fili mi absalon: absalon
fili mi. Ingressus ergo ioab ad regem in do
mum dixit. Confudisti hodie vultus omni
um servorum tuorum. qui salvam fece
runt animam tuam: et animam filiorum
tuorum et filiarum tuarum et animam
uxorum tuarum: et animam concubinarum
tuarum. Diligis hodientes te: et hodio
habes diligentes te et hostendisti hodie:
quia non curas de ducibus tuis. et de servis
tuis. et vere cognovi modo quia si absa
lom viveret et nos omnes occubuissemus: tunc
placeret tibi. Nunc igitur surge et procede: et
alloquens satis fac servis tuis. Iuro enim
tibi per dominum quod si non exieris: ne unus
quidem remansurus sit tecum nocte
hac et peius erit hoc tibi quam omnia ma
la que venerunt super te: ab adolescentia
tua usque in presens. Surrexit ergo rex et sedit

R. qui per dominum iu
raverunt si non processeris hodie
in obviam huic omni populo
non habitabit homo te
cum hac nocte.

in porta: et omni populo nuntiatum est
quod rex sederet in porta. Venitque univer
sa multitudo coram rege. Israel autem
fugit in tabernacula sua. Omnis quoque
populus certabat in cunctis tribubus israel di
cens. Rex liberavit nos: de manu ini
micorum nostrorum. Ipse salvavit nos
de manu philistinorum: et nunc fu
git de terra propter absalon. Absalon autem
quem unximus regem super nos: mortuus est
in bello. Usquequo siletis: et non reducitis
regem. Et consilium totius israel venit ad regem.

R. consilium tocius

R. Loquimini ad
presbiteros iuda.

Rex vero david misit ad Lxxvij.
sadoch et abiathar sacerdo
tes dicens. Loquimini ad
maiores natu iuda dicentes. Cur ve
nistis novissimi ad reducendum regem
in domum suam? Sermo autem omnis
israel pervenerat ad regem ut reducerent
eum in domum eius. quia dixerat rex
hec dicens ad populum. Fratres mei vos. Os
meum et caro mea vos. Quare novis
simi reducitis regem? et amase dicite.
Nonne os meum es et caro mea? Hec faci
at mihi deus et hec addat. si non magister
militie fueris coram me omni tempore pro
ioab et inclinavit cor omnium virorum
iuda: quasi viri unius. Miseruntque ad

2011 Ministerio de Cultura